

D.D.D.GASPARIS PATRIS
ET IOANNIS AC SEBAST. FILIORVM

A HERMOSILLA

NOTÆ, ADDITIONES,

ET RESOLUTIONES AD GLOSSAS

LEGVM PARTITARVM

D.GREGORII LOPETII,

TOMVS PRIMVS.

OPVS IURISPERITIS AC THEOLOGIS UTILISSIMVM AC
necessarium, in quo iuxta PARTITARVM methodum Quæstiones Practicæ
Forenses secundum Iuris Communis, Pontificij, & Regij, Statutorumque
Regni decisiones compilantur, conciliantur ac resolvuntur.

Nunc primum Typis Lugdunensibus longè purioribus atque elegantioribus in lucem prodit.



LUGDVNI.
Ex Officina ANISSONIANA.

M D C. LXXV.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



AD LECTOREM

HE, LECTOR candide, obsecramus, opere nisi toto perspecto, huius iudicium ne facias, ut Celsus iuriconsultus non iudicandum inquit *in l. in civile. 24. ff. de legibus*. Si enim argumenti magnitudinem, summam eius difficultatem, nostrique ingenioli prospicias tenuitatem; merito quidem in nos prorumpes, non solum quòd tot, tantumque opus aggredi, attingereve; sed quòd in cogitationem ascenderit, fuerimus ausi. Materia enim ista alio insigni, seu potius (ut fateamur) GREGORIO LOPETIO, uberrimoque eius indigebat ingenio: at hanc non sponte suscepisse provinciam, benigne attende: Probè enim novimus, præstantissimis quibuscumque in omni scientiarum, ac disciplinarum genere viris, incerta suis de scriptis aliorum spectare iudicia, valde semper periculosum visum fuisse; quantusque in scribendo sit labor: quale in eligendo iudicium: qualis in invenièdo cogitatio: qualis in exprimendo interni animi sensu necessaria oratio: quanta in confirmando auctoritas: quàm materiis, & quæstionibus ab alio tactis adstrictos, nonque varias, & solutas scribere, difficile, ac laboriosum. Nec adeò sumus elati nostroque innixi ingenio, hæc ne perhorresceremus, taleque opus suscipere posse cogitavimus. Sed tamen L. D. Gaspar à Hermosilla noster genitor [ut sæpe sæpius fuit nobiscum allocutus] summa impulsus officij necessitate, ut scilicet causarum patrocini-um iuridice, iudicisque ordinarij, [quo viginti annis fuit functus] facilius expediret officium, ob tantam enim librorum, commentationum videlicet, repetitionum, tractatum, decisionum, summarum, consiliorum, variarumque quæstionum copiam, laboris, temporisque summum faciebat impendium: quæstionem enim, super qua consulere, vel iudicare contingebat, etsi ab uno, alteroque discussam inveniebat, & tractatam, ne (ut communiter sit) contrarium esset scriptum, suus haud quiescebat animus; quamplurimosque cogebatur evoluere libros, nec omnes quæstioni necessarios, nec qua expediebat brevitate, ad manus semper habebat, nec esse poterant; cui ut provideret incommodo ad suæ tantùm memoriæ adiumentum, sibi que peculiariter, postquam sæpe sæpius fuit verum expertus, quod de iure civili Iulius Patianus in epistola dedicatoria, in methodo ad Iustinianum codicem reliquit scriptum, *iurispudentiam, scilicet, nondam perfectioni attigisse culmen, congrua forma carere; omniaque dispersa, dissoluta, ac sine methodo esse*; perspiciens, ac secum perpendens ius nostrum commune Partitarum methodice (quod iuri deficit. Civili) summaque eruditione scriptum, & scholiis Gregorij Lopetij repletum, ac illustratum, veluti securum portum conscendens, ad dictas methodicas partitarum leges (ut quæ observandæ) ad earumque glossas, controversas, ac diversis in locis tactas collocandas quæstiones, & earum resolutiones, suus confugit animus. Cum igitur opus istud ex quotidiano, indefessoque studio, multis vigiliis, multis laboris annis in magnum veniret incrementum, haud cogitatum sane; & nobis summum addisset utilitatis, & adiumenti, virique doctissimi illud vidissent multis suasionibus concitare, ac impulere, typis post habito omni timore, mandare. Hic, pie lector, fuit ingressus, & progressus operis tanti, obiectoque, quòd tanto [ut Gregorio Lopetio] viro hoc indigebat opus, negotio satisfacere facillime; tibi enim quæ tradimus non nostra, sed tam ex doctissimis deprompta Regnicolis, quàm exieris viris, qui post Gregorium Lopetium eruditissimè scripserunt: Ab eis, tanquam à fontibus, hæc procedunt: quæque variis in locis scripta reliquere veluti suis restituta locis, his in additionibus ferè in unum collecta invenies: nihilque non quotidianum,



D. D. G A S P A R I S
A H E R M O S I L L A,
 E T D. D. I O A N. G A S P A R I S
 E T S E B A S T. E M M A N V E L I S
 F I L I O R V M I V R I S C O N S V L T O R V M.

Additionum, Annotationum, & Resolutionum ad Glossas,

D. D. G R E G O R I I L O P E T I I
 In quintam P A R T I T A M


T O M V S P R I M V S.

P R O L O G V S.

S V M M A R I V M.

- 1 *Hominines faciles sunt ad dissentiendum.*
- 2 *Contractus à principio sunt voluntarij, & postea necessary.*

A D D. G L O S S Æ I.

1  D gloss. 1. Nota 1. ex sexta, homines faciles esse ad dissentiendum: & Adde l. item si unus 19. §. principaliter. ff. de recept. arb. & ibi gloss. l. quia poterat, ff. ad Trebell. ibi, varie sunt hominum voluntates, Gloss. verbo, nona litigia in proem. Decretalium, & verb. diuerser. in cap. super literis. 10. de rescriptis. vbi alia iura concordantia adducit Decius in capit. super hoc. de renunciat. um. 8. vbi dicit quod voluntas hominis non potest permanere in eodem instanti, & in eodem statu: Iacob. Menoch. de presumpt. lib. 4. presumpt. 83. n. 12.

2 Nota 2. ex gloss. contractus à principio esse voluntarios, & ex postfacto necessarios, & Adde l. 61. & 62. tit. 3. infra has part. & ibi Adista.

S V M M A R I V M.

- 1 *Dignioribus, & Nobiliaribus dignior debetur locus.*
Nobiles in republica bene ordinata semper preferuntur in muneribus.
Nobiles patiores debent esse in portionibus percipiendis, siue honoris, siue quantitatis, vel cuiusvis emolumentis, & in loco, & Sede in Hermosilla in v. Partit. Tom. I.

omnium hominum casu, ibi.

- 2 *Maioritas, & quis alteri sit dignior agnoscatur habita ratione dignitatis, scientia, nobilitatis, honoris, potentie, & diuitiarum.*
Maior dignitas qua sit, remissive traditur, ibi.
- 3 *Pares cum plures sunt in dignitate, preferuntur antiquior.*
- 4 *Antiquior in dignitate preferuntur, & si posterior tempore esset maior, & dignior in reliquis.*
- 5 *Maior in ordine, & si posterior tempore in dignitate, preferuntur antiquiori in ea.*
- 6 *Canonicus, vel Episcopus doctior precedit Canonicum, vel Episcopum non antientem antiquioreto.*
- 7 *Episcopi habentes officia in Curia preferuntur alijs Episcopis antiquioribus.*
- 8 *Cardinales, qui stant in Curia, preferuntur absentibus à Curia.*
- 9 *Prior in possessione officij, & si posterior in data provisionis, preferuntur priori in data provisionis simili officij, & posteriori à possessione.*
De Seniores priore in possessione, & posteriore in provisione, remissive, ibi.
- 10 *Contractus, imò quod antiquior in provisione, & si posterior in possessione, preferuntur.*
- 11 *Et au is, qui prius gratiam habuit Canonice, & si posterior in possessione preferatur in Sede.*
Sed prima verior.
- 12 *Prior in possessione preferuntur, & si aliter, qui prius habuit gratiam, illam obtinuerit tota*